

**3575** cippus optimis litteris METELL., stilobates NIC. Tibure *nella piazza dell' ulmo presso la porta venendo da Roma* METELL., similiter RELIQVI.

LIVIAE CAESARIS  
AVGVSTI  
P V B L I C E

Metellus Vat. 6038 f. 145'; Ligorius Taur. vol. 20 f. 7 (ex Ligorianis Ach. Staius cod. Vallicell. f. 156'); Manutius Vat. 5246 fasc. 2 p. 36; cod. Ottob. 2970 f. 17' (inde videntur pendere schedae Holstenii ex quibus habuit Fabretti 60, 347; ex hoc Vulpi 10 p. 245); Nicodemus p. 90 (lib. 4 cap. 3) (ex hoc Marzi II p. 184); Doni Vat. 7113 f. 44 cui descripsit Menestrier; Revillas sched. Berol. de visu.

1 CAESARIS] tres ultimas litteras induxit Metell., CASARI Lig.; 1. 2 AVGVSTI | CAESARIS Nicod. — 3 PVPLICE Manut. Don., fortasse recte.

**3576** tabula marmorea. Tibure ACC. Tibure in ecclesia S. Georgii OTTOB., in S. Silvestri MANC., in S. Silvestri a *piè dell' altare* LIGOR. Tibure in pavimento ecclesiae S. Silvestri rep. a. 1727 LVP. Mox venit Romam in museum cardinalis Albani indeque in Capitolinum, ubi extat. — Rep. Nettuni anno 1729 *tra le rovine di un antico tempio* PROCACC. COMO.

$$\begin{array}{l} d. V A E \cdot D R V S I L L A E \\ \quad \quad \quad S A C R V M \\ c. r. V B E L L I V S \cdot C \cdot F \cdot B L A N D V S \\ g. D I V I \cdot A V G \cdot T R \cdot P L \cdot P R \cdot C O S \\ 5 p. r. O \cdot C O S \cdot \quad \quad \quad P O N T I F \end{array}$$

Descripsit Henzen. Accursius ms. f. 3'; Mancini apud Pighium f. 6; cod. Ottob. 2970 f. 18' (inde vel ex eodem fonte pendet Marzi II p. 186; ex hoc Donati 54, 7); Ligorius Taur. vol. 20 f. 7, qui interpolavit; Lupi Severae epitaph. p. 23 (inde, supplementis Lupii in textum receptis, Donati 54, 8); a Lupio ut videtur Vulpi apud Calogeram *racc.* 19, 182 n. 199, Lat. 10 p. 245 (inde supplementis Lupianis in textum receptis Cabral et del Re p. 25; Nibby *viaggio* 1 p. 160; ex hoc Orelli 674); Angelus Antonius Procaccelli Neapolitanus misit Gorio (cod. Maruc. A 77); Ign. Mar. Como Neapolitanus misit Muratorio (sched. Mur. XVIII, 224) d. 14 Oct. 1732; Muratori 225, 3 laudans Franc. Mar. Otterium, 301, 2 laudans schedas suas, scilicet Accursii Ambrosianas, sed exemplum est diversum; manus ignota (in scheda olim ut videtur Baldanii, cf. ad n. 3577) apud Marinium Vat. 9131 f. 75 et paullum diverse ib. f. 76; Guasco mus. Cap. n. 77.

Priores non plus vidisse probant et exempla Accursii et Mancinii, exemplis recentioribus nihilo pleniora, et Ligorii interpolationes (1 in LIVIAE, 3 in C·IVLIVS·RVBELLIVS, 4 LEG DIVI). — 5 in [*leg(atus)*] *divi Aug.* supplevit Lupi, non recte.

C. Rubellius Blandus origine Tiburtinus, ut testatur Tacitus ann. 6, 27, 14, 22, anno p. C. 33 in matrimonium duxerat Iuliam Drusi Caesaris filiam Tiberii neptim (Tac. ann. 6, 27). Quaestor fuerat divi Augusti, id est non post annum 14, consul suffectus anno incerto (cf. Henzen ad huius Corp. VI n. 14224); de filiis eius cf. supra ad n. 2610. Hic titulus positus est sine dubio paullo post mortem Drusillae, fratre eius imperium obtinente. Eodem fere tempore Claudius Drusillae dicavit titulum huius Corporis vol. XII n. 1026. Ex reliquis titulis Tibure positus ab eodem Rubellio Blando (n. 3555. 3556) n. 3555 certe hoc antiquior est.

**3577** tabula marmorea. Tibure in D. Petri LVP. Postea fuit Romae in museo Alexandri Albani, cum quo inlata est in Capitolinum.

$$\begin{array}{l} libeR A L I T A T E S \cdot P V L \\ imp. caes. T R A I A N I \cdot H A D R I A N I \text{ } \textit{augusti pont. max} \\ trib. pot. x \cdot X \cdot C O S \cdot I I I \cdot P \cdot P \cdot I M p \text{ } \textit{ii} \\ \quad \quad \quad \textit{in H I S P A N I A M B A E T I C A M} \\ 5 \quad \quad \quad \textit{q. aquilio nigro m. REBILLO APRONIANO \cdot C O S \cdot I N \cdot A} \\ \textit{l. tutilio lupercio pontiano p. CALPURNIO \cdot A T I L I A N O \cdot C O S} \end{array}$$

Descripsi post Henzenum. Lupi qui vidit Severae epitaph. p. 23; Muratori ms. XVIII, 224, ed. 325, 3 a Franc. Mar. Ottieri; manus ignota inter schedas olim Baldanii (nam hunc citat Marini Arv. p. 242 not. 57) postea Marini cod. Vat. 9131 f. 75 et paullum diverse ib. f. 76 (inde et ex Lupio Marini Arv. p. 196 cf. p. 242); Guasco mus. Cap. n. 88.

6 in PANIO Ottieri et cod. Vat. 9131 f. 75, non recte.

Videtur agi de liberalitatibus ab Hadriano imperatore in provinciam Hispaniam Baeticam (v. 4), ex qua ipse erat oriundus, conlatis inde ab eo anno quo imperium susceperat (v. 5) usque ad annum 135 (v. 6), qui proxime praecedebat eum quo hic titulus scriptus est. V. 5 fin. fortasse splendendum est *in a[nnum]* vel, quod Bormanno venit in mentem, *in a[nte] [d]i[em]* ...]. Ceterum quomodo conceptus fuerit totus titulus, latet. — 1 fin. PVP plerique priores; mihi ultima littera aut ex D aet ex B superesse videbatur. — 5 supplevi ex sigillis figulinis editis a Descemet *inscr. dol.* p. 123 n. XXXII, sed melius descriptis a Dresselio (nam Descemetio praenomen Nigri est τ), in quibus tamen constanter pro *Rebilo* legitur *Rebulo*. — 6 nomina consulum supplevi ex titulo urbano Eph. ep. IV p. 273 n. 774 = *bull. dell' Inst.* 1880 p. 439 (ubi vide Rossium).

**3578** tabula marmorea. Tibure effossa in villa Hadriana, inde translata a p[atribus] soc. Jesu tirocinii Romani in aedes suas Quirinales VVLP. *Nella villa Adriana, donata da' padri Gesuiti al cardinal Passionei e da lui trasportata al suo casino di Camaldoli di Frascati l' anno 1748* VENVTI. Apud Passioneium PASS. Nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* Aug. II).

$$\begin{array}{l} imp. caesaRE \cdot T R A I A N O \cdot H A D R I A N O \\ \quad \quad \quad S V S H A D R I A N I S \cdot D A T A \end{array}$$

Descripsi post Henzenum. Vulpi Lat. 10 p. 422; Venuti in schedis Guarnierii litt. F f. 231 et in cod. Vat. 7935 f. 76'; Passionei 130, 25. Est huius corporis vol. VI n. 982.

Mihi describenti videbatur integra esse a parte intuenti dextra. — 2 [*sodalibus*] proposuit Henzen. — Quid titulo significetur, incertum est; *data* esse fortasse intellegenda sunt loca, nempe in circo vel amphitheatro.